

illa^a dixerit^b: 'Que est causa?', soror^c illa, quae veniam postulat, primum^d omnium respondeat: 'Mea culpa, domna^e'. Si vero aliud quodcumque ante^f dixerit, iudicetur inde culpabilis. Postea dicat^g domna abbatissa vel ceterae, a^h quibus obedientia iniunctaⁱ est, quicquid^k necessarium et utile fuerit in communi necessitate^l; queque^m veroⁿ veniam postulat pro culpa, quantum^o plus se humiliat et^p culpabilem asserit, tantum^q misericorditer^r ac^s levius^t iudicetur. Necesse est enim, ut omnes nostras^u negligentias, id est cogitationum^v, linguae^w, operis, in praesenti vita per veram^x confessionem^y semper iudicemus^z, ut non post mortem nos^a reos faciant. Surgentes a capitulo psallant¹ constitutos psalmos pro eis, quorum nomina recitata sunt. (fol. 99^v) Tunc deinde percusso cymbalo dicat prior: 'Benedicite', respondent^b 'Deus' et postea loquantur licite in claustro vel alio quolibet loco, excepto oratorio, dormitorio ac refectorio, ubi continue silentium teneatur. Dein signo sonante, obseratis labiis, properent in oratorium ad decantandam sextam et postea missam. Post missam vero tacito expectent in aeclesia psallentes psalmos VII, donec signo sonante incipiant nonam. In ipso autem intervallo ebdomadarie sive cellararia mixtum accipiant, id est quartam partem librae panis et singulos biberes². Post nonam statim, ut audierint cymbalum, lotis manibus ingrediantur refectorium. Post refectionem vacent lectionibus suis aut psalmis. Haec ita a Kalendis Octobris usque in Pascha gerantur. Porro he custodiendae sunt differentiae: id est ut ab Idibus Septembris, ut constitutum est, incipiant reficere ad nonam³, puella vero post tertiam mixtum accipiant; nam post capitulum in claustris resideant et postea cantent terciam. A Kalendis autem

a) 'illa] enim' B. b) 'dixerit] senior' add. B. c) 'soror — quae] frater ille qui' B. d) 'primum omnium' desunt B. e) 'domna] domine' B. f) 'ante' deest B. g) 'dicat — ceterae] dicatur a domino abbate vel caeteris' B. h) 'a' deest M. i) 'iniuncta est] est facienda' B. k) 'quicquid] est' add. B. l) 'necessitate] monasterii' B. m) 'queque] frater qui' B. n) 'porro' deest B. o) 'quanto' B. p) 'et] se' add. C. q) 'tanto' B. r) 'misericorditer] misericordius' B. s) 'ac] et' B. t) 'levius] a priore' add. B. C. u) 'nostras — est] negligentias nostras vel' B; 'nostrae negligentiae id est' C. v) 'cogitationum] vel' add. B. w) 'linguae] vel' add. B. C. x) 'veram] humilem' B. y) 'confessionem] et humilitatem' add. B. C. z) 'iudicemus] iudicentur' C. a) 'nos reos] reos nos' C. b) 'respondent] r.' M.

1) 'psallant constitutos — lectioni studeant' aus unbekannter Quelle.
 2) Vgl. Reg. Bened. c. 35. 3) Vgl. ebendort c. 41.